Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς. φυγάδας δὲ καὶ ἐθελοντὰς ἐάσασα μόνον βοηθῆσαι, ὁμολογουμένως ἔσωσε· τειχισαμένη δὲ καὶ ναυπηγησαμένη, ἐκδεξαμένη τὸν πόλεμον, ἐπειδὴ ἠναγκάσθη πολεμεῖν ὑπὲρ Παρίων ἐπολέμει Λακεδαιμονίοις. Φοβηθεὶς δὲ βασιλεὺς τὴν πόλιν, ἐπειδὴ ἑώρα Λακεδαιμονίους τῷ κατὰ θάλατταν πολέμῳ ἀπαγορεύοντας, ἀποστῆναι βουλόμενος ἐξῄτει τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ (οὕσπερ πρότερον Λακεδαιμόνιοι αὐτῷ ἐξέδοσαν, εἰ μέλλοι συμμαχήσειν ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις) ἡγούμενος οὐκ ἐθελήσειν, ἵν' αὐτῷ πρόφασις εἴη τῆς ἀποστάσεως. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων συμμάχων ἐψεύσθη (ἠθέλησαν γὰρ αὐτῷ ἐκδιδόναι, καὶ ξυνέθεντο καὶ ὤμοσαν, Κορίνθιοι, καὶ Ἀργεῖοι, καὶ Βοιωτοὶ, καὶ ἄλλοι σύμμαχοι, εἰ μέλλοι χρήματα παρέξειν, ἐκδώσειν τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ Ἕλληνας) μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐτολμήσαμεν οὔτε ἐκδοῦναι, οὔτε ὀμόσαι. Οὕτω δή τοι τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον, βέβαιόν τε καὶ ὑγιές ἐστι, καὶ φύσει μισοβάρβαρον, διὰ τὸ εἰλικρινῶς εἶναι Ἕλληνας καὶ ἀμιγεῖς βαρβάρων. Οὐ γὰρ Πέλοπες, οὐδὲ Κάδμοι, οὐδὲ Αἴγυπτοί τε καὶ Δαναοὶ, οὐδὲ ἄλλοι πολλοὶ, φύσει μὲν βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες, συνοικοῦσιν ἡμῖν, ἀλλ' αὐτοὶ Ἕλληνες, οὐ μιξοβάρβαροι, οἰκοῦμεν. Ὅθεν καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει τῆς ἀλλοτρίας φύσεως· ὅμως δ' οὖν ἐμονώθημεν πάλιν, διὰ τὸ μὴ ἐθέλειν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον ἔργον ἐργάσασθαι, Ἕλληνας βαρβάροις ἐκδόντες. Ἐλθόντες δὲ εἰς ταῦτα ἐξ ὧν καὶ τὸ πρότερον κατεπολεμήθημεν, σὺν θεῷ ἄμεινον ἢ τότε ἐθέμεθα τὸν πόλεμον. Καὶ γὰρ ναῦς καὶ τείχη ἔχοντες, καὶ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἀποικίας, ἀπηλλάγημεν τοῦ πολέμου. Οὕτως ἀγαπητῶς ἀπηλλάττοντο καὶ οἱ πολέμιοι. Ἀνδρῶν μέντοι ἀγαθῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ἐστερήθημεν, τῶν τε ἐν Κορίνθῳ χρησαμένων δυσχωρίᾳ, καὶ ἐν Λεχαίῳ, προδοσίᾳ. Ἀγαθοὶ δὲ καὶ οἱ βασιλέα ἐλευθερώσαντες, καὶ ἐκβαλόντες ἐκ τῆς θαλάττης Λακεδαιμονίους. Ὧν ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἀναμιμνήσκω, ὑμᾶς δὲ πρέπει

---

Σὺν θεῷ. ] Dict. à veteribus vel ut proſperè ſuccedat opus, vel poſt rem feliciter geſtam. Vide Shol. in Hom. Iliad. 1. oponitur huic ἄνευ θεοῦ. *Hom.* Odyſſ. ο.

Ἐν Λεχαίῳ. ] Lechæum erat portus Corinthiacus. de quo Pauſan. lib. 2. Καθήκει δὲ ὁ τῶν Κορινθίων Ἰσθμὸς, τῇ μὲν, &c.

ξυνεπαινεῖν τε καὶ κοσμεῖν τοιούτους ἄνδρας.

Καὶ τὰ μὲν δὴ ἔργα ταῦτα τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ὑπὲρ τῆς πόλεως τετελευτήκασι, πολλὰ μὲν τὰ εἰρημένα καὶ καλά, πολὺ δ’ ἔτι πλείω καὶ καλλίω τὰ ὑπολειπόμενα· πολλαὶ γὰρ ἂν ἡμέραι καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τὰ πάντα μέλλοντι περαίνειν. Τούτων οὖν χρὴ μεμνημένους, τοῖς τούτων ἐκγόνοις πάντ’ ἄνδρα παρακελεύεσθαι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ μὴ λείπειν τὴν τάξιν τὴν τῶν προγόνων, μηδ’ εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν, * ἥκοντας κάκῃ. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτός, ὦ παῖδες ἀνδρῶν ἀγαθῶν, νῦν τε παρακελεύομαι, καὶ ἐν τῷ λοιπῷ χρόνῳ, ὅπου ἄν τῳ ἐντυγχάνω ὑμῶν, καὶ ἀναμνήσω καὶ διακελεύσομαι προθυμεῖσθαι εἶναι ὡς ἀρίστους. Ἐν δὲ τῷ παρόντι δίκαιός εἰμι εἰπεῖν ἃ οἱ πατέρες ἡμῖν ἐπέσκηπτον ἀπαγγέλλειν τοῖς λειπομένοις, εἴ τι πάσχοιεν, ἡνίκα κινδυνεύσειν ἔμελλον. Φράσω δὲ ὑμῖν ἅ τε αὐτῶν ἤκουσα ἐκείνων, καὶ οἷα νῦν ἡδέως ἂν εἴποιεν ὑμῖν, λαβόντες δύναμιν· τεκμαιρόμενος ἐξ ὧν τότε ἔλεγον. Ἀλλὰ νομίζειν χρὴ αὐτῶν ἀκούειν ἐκείνων ἃ ἂν ἀπαγγέλλω, Ἔλεγον δὲ τάδε, Ὦ παῖδες, ὅτι μέν ἐστε πατέ-

* Scripſiſſe Plat. puto εἴκοντας κάκῃ, &c.

ρων ἀγαθῶν, αὐτὸ μηνύει τὸ νῦν παρόν· ἡμῖν γὰρ ἐξὸν ζῆν μὴ καλῶς, καλῶς αἱρούμεθα μᾶλλον τελευτᾶν, πρὶν ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ἔπειτα εἰς ὀνείδη καταστῆσαι, καὶ πρὶν τοὺς ἡμετέρους πατέρας καὶ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχῦναι· ἡγούμενοι τῷ τοὺς αὐτοῦ αἰσχύνοντι ἀβίωτον εἶναι, καὶ τῷ τοιούτῳ οὔτε τινὰ, ἀνθρώπων οὔτε θεῶν φίλον εἶναι, οὔτ' ἐπὶ γῆς, οὔθ' ὑπὸ γῆς, τελευτήσαντι. Χρὴ οὖν, μεμνημένους τῶν ἡμετέρων λόγων, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν μετ' ἀρετῆς· εἰδότας ὅτι τούτου λειπόμενα πάντα καὶ κτήματα καὶ ἐπιτηδεύματα, αἰσχρὰ καὶ κακά. Οὔτε γὰρ πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ, μετ' ἀνανδρίας (ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ) οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς δειλῷ καὶ κακῷ ξυνοικοῦντα, πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ· καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα, καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλίαν. Πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται. Ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον καὶ διαπαντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ· εἰ δὲ μή, ἴστε ὡς ἡμῖν, ἂν μὲν νικῶμὲν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει, ἡ δὲ ἧττα, ἐὰν ἡττώμεθα, εὐδαιμονίαν· μάλιστα δ' ἂν νικῴμεθα, καὶ ὑμεῖς * νικῶντες, εἰ παρασκευάσαισθε τῇ τῶν προγόνων δόξῃ μὴ καταχρησάμενοι· μηδ' ἀναλώσαντες αὐτήν· γνόντες ὅτι ἀνδρὶ οἰομένῳ τὶ εἶναι, οὐκ ἔστιν αἴσχιον ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι' ἑαυτόν, ἀλλὰ διὰ δόξαν προγόνων. Εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις, καλὸς θησαυρός, καὶ μεγαλοπρεπής; χρῆσθαι δὲ καὶ χρημάτων, καὶ τιμῶν θησαυρῷ, καὶ μὴ τοῖς ἐκγόνοις παραδιδόναι, αἰσχρὸν καὶ ἄνανδρον, ἀποείᾳ ἰδίων αὐτοῦ κτημάτων τε καὶ εὐδοξιῶν. Καὶ ἐὰν μὲν ταῦτα ἐπιτηδεύσητε, φίλοι παρὰ φίλους ἡμᾶς ἀφίξεσθε, ὅταν δὴ ὑμᾶς ἡ προσήκουσα μοῖρα κομίσῃ· ἀμελήσαντας δὲ ὑμᾶς καὶ κακισθέντας οὐδεὶς εὐμενῶς ὑποδέξεται. Τοῖς μὲν οὖν παισὶ ταῦτ' εἰρήσθω.

*For. νικῷτε, νικῶντε. Et in iis quæ proximè sequuntur, malim καταχρησόμενοι & ἀναλώσοντες, quæ jungantur cum παρασκευάσαισθε, &c. Cæterum in iis quæ proximè sequuntur, post αἴσχιον, desiderari puto οὐδέν.*

Πατέρας δὲ ἡμῶν, οἷς εἰσί, καὶ μητέρας * εἰ χρὴ παραμυθεῖσθαι, ὡς χρὴ ῥᾷστα φέρειν τὴν συμφοράν, ἐὰν ἄρα ξυμβῇ γενέσθαι, καὶ μὴ ξυνοδύρεσθαι·

*Pro εἰ non dubito quin ſcribendum ſit ἀεί.*

ρεσθαι· (οὐ γὰρ τοῦ λυπήσοντος προσδεήσονται· ἱκανὴ γὰρ ἔσται καὶ ἡ γενομένη τύχη τοῦτο πορίζεσθαι) ἀλλ' ἰωμένους καὶ πραΰνοντας, ἀναμιμνήσκειν αὐτοὺς ὅτι ὧν *δ' εὔχοντο τὰ μέγιστα αὐτοῖς οἱ θεοὶ ἐπήκοοι γεγόνασιν. Οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας ηὔχοντο γενέσθαι, ἀλλ' ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς· ὧν ἔτυχον, μεγίστων ἀγαθῶν ὄντων. Πάντα δὲ οὐ ῥᾴδιον θνητῷ ἀνδρὶ κατὰ νοῦν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ ἐκβαίνειν. Καὶ φέροντες μὲν ἀνδρείως τὰς συμφορὰς, δόξουσι τῷ ὄντι ἀνδρείων παίδων πατέρες εἶναι, καὶ αὐτοὶ τοιοῦτοι· ὑπείκοντες δὲ, ὑποψίαν παρέξουσιν ἢ μὴ ἡμέτεροι εἶναι, ἢ ἡμῶν τοὺς ἐπαινοῦντας καταψεύδεσθαι. Χρὴ δὲ οὐδέτερα τούτων· ἀλλ' ἐκείνους μάλιστα πάντων, ἡμῶν ἐπαινέτας εἶναι, ἔργῳ παρέχοντας αὐτοὺς φαινομένους τῷ ὄντι πατέρας ὄντας ἄνδρας ἀνδρῶν. Πάλαι γὰρ δὴ τὸ Μηδὲν ἄγαν λεγόμενον, καλῶς δοκεῖ λέγεσθαι. Τῷ γὰρ ὄντι εὖ λέγεται. Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν· οὗτός ἐστιν ὁ

*Reponendum puto ηὔχοντο, ut sequitur*

σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος. Οὗτος, γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων, καὶ διαφθειρομένων, μάλιστα, * πείσεται τῇ παροιμίᾳ. Οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται, διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι. Τοιούτους δὲ ἡμεῖς γε ἀξιοῦμεν καὶ τοὺς ἡμετέρους εἶναι, καὶ βουλόμεθα, καὶ φαμέν· καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς νῦν παρέχομεν τοιούτους, οὐκ ἀγανακτοῦντας, οὐδὲ φοβουμένους ἄγαν, εἰ δεῖ τελευτᾶν ἐν τῷ παρόντι. Δεόμεθα δὴ καὶ πατέρων καὶ μητέρων, τῇ αὐτῇ ταύτῃ διανοίᾳ χρωμένους τὸν ἐπίλοιπον βίον διάγειν· καὶ εἰδέναι ὅτι οὐ θρηνοῦντες οὐδὲ ὀλοφυρόμενοι ἡμᾶς, ἡμῖν μάλιστα χαριοῦνται· ἀλλ' εἴ τις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων, οὕτως ἀχάριστοι εἶεν ἂν μάλιστα, ἑαυτούς τε κακοῦντες, καὶ βαρέως φέροντες τὰς ξυμφοράς· κούφως δὲ καὶ μετρίως, μάλιστ' ἂν χαρίζοιντο. Τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα τελευτὴν ἤδη ἕξει, ἥπερ καλλίστη γίγνεται ἀνθρώποις· ὥστε πρέπει αὐτὰ μᾶλλον κοσμεῖν ἢ θρηνεῖν. Γυναικῶν δὲ τῶν ἡμετέρων καὶ παίδων ἐπιμελούμενοι, καὶ τρέφοντες, καὶ ἐνταῦθα τὸν νοῦν τρέποντες, τῆς τε τύχης μάλιστ' ἂν εἶεν ἐν λήθῃ, καὶ ζῷεν κάλλιον καὶ ὀρθότερον,

* Quidam vet. cod. πείθεται, &c.

καὶ ἡμῖν προσφιλέστερον. Ταῦτα δὴ ἱκανὰ τοῖς ἡμετέροις παρ' ἡμῶν ἀγγέλλειν. Τῇ δὲ πόλει παρακελευοίμεθ' ἂν ὅπως ἡμῖν καὶ πατέρων καὶ ὑέων ἐπιμελήσονται, τοὺς μὲν παιδεύοντες κοσμίως, τοὺς δὲ γηροτροφοῦντες ἀξίως. Νῦν δὲ ἴσμεν ὅτι καὶ ἐὰν μὴ ἡμεῖς παρακελευώμεθα, ἱκανῶς ἐπιμελέσεται.

Ταῦτα οὖν, ὦ παῖδες καὶ γονεῖς τῶν τελευτησάντων, ἐκεῖνοί τε ἐπέσκηπτον ἡμῖν ἐπαγγέλλειν, καὶ ἐγὼ ὡς δύναμαι προθυμότατα ἀπαγγέλλω· καὶ αὐτὸς δέομαι ὑπὲρ ἐκείνων, τῶν μὲν, μιμεῖσθαι τοὺς * αὐτῶν· τῶν δὲ θαῤῥεῖν ὑπὲρ αὐτῶν· ὡς ἡμῶν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ γηροτροφησόντων ὑμᾶς καὶ ἐπιμελησομένων, ὅπου ἂν ἕκαστος ἑκάστῳ ἐντυγχάνῃ ὁτῳοῦν τῶν ἐκείνων. Τῆς δὲ πόλεως ἴστέ που καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅτι νόμους θεμένη περὶ τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γεννήτορας, ἐπιμελεῖται, καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων πολιτῶν προστέτακται φυλάττειν * ἀρχὴ ἥπερ μεγίστη ἐστὶν, ὅ-

*Hic & in proximè ſequente loco Fic. ita vertit quaſi legerit αὑτῶν ſeu ἑαυτῶν.*

*Pro nominativo ἀρχὴ reponendus eſſe videtur dativus ἀρχῇ.*

---

Ἀρχὴ ἥπερ μεγίστη ἐστίν.] Uſurpatur Ἀρχὴ pro ipſo magiſtratu in Ariſt. Ethic. lib. 5. c. 3.

πῶς ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες. Τοὺς δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτή, προθυμουμένη ὅτι μάλιστ' ἄδηλον αὐτοῖς τὴν ὀρφανίαν γενέσθαι· ἐν πατρὸς σχήματι καταστᾶσα αὐτοῖς αὐτή, ἔτι τε παισὶν οὖσι, καὶ ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἴωσιν, *ἀποπέμπει ἐπὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν, πανοπλίᾳ κοσμήσασα· ἐνδεικνυμένη καὶ ἀναμιμνήσκουσα τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύματα, ὄργανα τῆς πατρῴας ἀρετῆς διδοῦσα· καὶ ἅμα οἰωνοῦ χάριν ἄρχεσθαι ἰέναι ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἄρξοντα μετ' ἰσχύος ὅπλοις κεκοσμημένον. Αὐτοὺς δὲ τοὺς τελευτήσαντας τιμῶσα οὐδέ-

Pro participio ἀποπέμπουσα ponit ἀνακολούθως hoc ἀποπέμπει.

Summus Magiſtratus ſive Archon qui apud Atticos erat Magiſtratus ſummus. Hi Archontes à populo creabantur poſt imminutam regiam poteſtatem; Primo perpetui, poſtea decennales, poſtremò annui. Extiterunt 13. perpetui anno, juxta Euſebium 294. ante Olympiadas; quorum ultimus erat Alcmæon qui obiit Olymp. 7. Decennales erant 7. Annui 9. Eodem tempore imperantes qui creabantur ann.3. Olym. 24. Sigon.l. 1. 5.

Πανοπλίᾳ κοσμήσασα.] De hâc πανοπλίᾳ Harpocrat. & Plato ἔχουσι πανοπλίαν ἀναμιμνήσκουσαν τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύματα. Non autem ante vigeſimum ætatis annum Vide plura Diogen. Laer. in Solone. Ariſtrid. in Panathenaicâ ſuâ.

ποτε ἐκλείπει καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν, αὕτη τὰ νομιζόμενα ποιοῦσα κοινῇ πᾶσιν ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια γίνεται. Πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσα, καὶ μουσικῆς πάσης, καὶ ἀτεχνῶς τῶν μὲν τελευτησάντων, ἐν κληρονόμου καὶ ὑέος μοίρᾳ καθεστηκυῖα, τῶν δὲ ὑέων, ἐν πατρὸς· γονέων δὲ καὶ τῶν τοιούτων, ἐν ἐπιτρόπου· πᾶσαν πάντων παρὰ πάντα χρόνον ἐπιμέλειαν ποιουμένη. Ὧν χρὴ ἐνθυμουμένους, πρᾳότερον φέρειν τὴν ξυμφοράν. Τοῖς γὰρ τελευτήσασι καὶ τοῖς ζῶσιν οὕτως ἂν προσφιλέστατοι εἴητε, καὶ ῥᾷστοι θεραπεύειν τε καὶ θεραπεύεσθαι. Νῦν δὴ ἤδη ὑμεῖς τε καὶ ἄλλοι πάντες, κοινῇ κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι, ἄπιτε.

Οὗτός σοι ὁ λόγος, ὦ Μενέξενε, Ἀσπασίας τῆς Μιλησίας ἐστί. ΜΕ. Νὴ Δία, ὦ Σώκρατες, μακαρίαν γε λέγεις τὴν Ἀσπασίαν. Εἰ γυνὴ οὖσα τοι-

---

Πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας, &c. ] Huic rei fidem inter alios facit Homerus Odyſſ. 24. v. 85. ubi deſcribit Achillis funus.

Μήτηρ δ᾽ αἰτήσασα θεοὺς περικαλλέ᾽ ἄεθλα
Θῆκε μέσῳ ἐν ἀγῶνι ἀριστήεσιν Ἀχαιῶν.

Et Lucian. de luctu p. m. 795. Καὶ τισι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, &c.

Vide etiam plura Ariſtid. in Panathenaicâ ſuâ.

ούτους λόγους οἷά τ' ἐστὶ συντιθέναι.
ΣΩΚ. Ἀλλ' εἰ μὴ πιστεύεις, ἀκολούθ
μετ' ἐμοῦ, καὶ ἀκούσῃ αὐτῆς λεγούσης
ΜΕ. Πολλάκις, ὦ Σώκρατες, ἐγ
ἐντετύχηκα Ἀσπασίᾳ, καὶ οἶδα οἵα ἐστὶ
ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἄγασαι αὐτήν, καὶ νῦ
χάριν ἔχω τούτου τοῦ λόγου αὐτῆς
ΜΕ. Καὶ πολλήν γε, ὦ Σώκρατες, ἐ
γὼ χάριν ἔχω τούτου τοῦ λόγου ἐκείνῃ
ἢ ἐκείνῳ ὅστις σοὶ ὁ εἰπών ἐστιν αὐτήν
καὶ πρός γε ἄλλων πολλὴν χάριν ἔχ
τῷ εἰπόντι. ΣΩ. Εὖ ἂν ἔχοι, Ἀλλ
ὅπως μου μὴ κατερεῖς, ἵνα καὶ αὖθίς σο
πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους παρ' αὐτῆ
πολιτικοὺς ἀπαγγέλλω. ΜΕ. Θάῤῥει
οὐ κατερῶ· μόνον ἀπάγγελλε. ΣΩ. Ἀλ
λὰ ταῦτ' ἔσται.

ΤΕΛΟΣ.

# Platonis Menexenus.

## Dialogi Perſonæ.

## SOCRATES, MENEXENUS.

I. E FORO venis Menexene? Aut unde? MEN. E foro ô Socrates, & è Senatu. SO. Quid tu ad ſenatum; An fortè quia diſciplinæ philoſophiæque finem adeptum jam & ſatis profeciſſe te putas, majora poſthac aggredi ſtudes, nobiſque ſenioribus ipſe adeo junior imperare, ut familia veſtra ſemper ſicut ſolita eſt, aliquem nobis exhibeat conſultorem? MEN. Si ipſe permittis ô Socrates, conſuliſque operam dabo. Sin contrà nequaquam. Nunc verò idcirco ad conſilium profectus ſum, quoniam audiveram eligendum eſſe aliquem qui laudibus defunctos ornet. Nam ut ſcis, inferias facturi ſunt. SO. Audivi equidem, ſed quem potiſſimum elegerunt? MEN. Nullum. Nam in craſtinum diſtulerunt. Arbitror autem Archinum vel Dionem electum iri. SOC. Videtur Menexene apud plurimas gentes præclarum eſſe in bello occumbere. Etenim qui ſic è vita migrat, funere & ſepulchro magnificentiſſimo honoratur. Et ſive pauper quis ita decedat laudatione non caret, ſive etiam vilis quiſpiam & ignavus, rurſus à ſapientibus viris extollitur : qui non temere, ſed multo tempore compoſita & conſulta oratione tam egregiè laudant, ut dum & quæ ſunt, & quæ non adſunt, de aliquo prædicant, verborum elegantia auditoribus animos quaſi præſtigiis veneficiiſve quibuſdam ſurripiant atque ſubducant. Civitatem quoque interim ut lubet, exornant, & eos qui in armis occubuerunt, majorumque retexunt noſtrorum originem. Nos quoque ipſos adhuc viventes extollunt. Quapropter ego quidem Menexene ab illis laudatus, neſcio quomodo generoſum quiddam de me concipio : cumque illis paſſim aures præbeo, mirifica ſuavitate demulceor, ſtatimque me majorem, generoſiorem, pulchriorem quàm antea reputo : ac ſæpenumero hoſpites aliqui mecum hæc audiunt, egóque apud illos è veſtigio præſtantior quàm antea reddor. Nempe & illis idem quod mihi videtur accidere tam erga me quàm reliquam civitatem. Nam ab oratore protinus perſuaſi, mirabiliorem quàm prius civitatem exiſtimant. Atqui glorioſa hæc venuſtas mihi pluſquam triduum manet. adeo concinna oratio canoraque vox oratoris ore demanans, auribus meis infunditur, ut vix tandem quarta poſt die vel quinta mei ipſius reminiſcar, & ubinam gentium ſim, agnoſcam. Ac tunc demum fuiſſe deceptum animadverto, cum me antè putaverim in beatorum inſulis conſtitutum. Uſque adeo Rhetores apud nos ingenioſi ſunt. MEN. Semper Rhetores ludis ô Socrates. Nunc autem vereor, ne illi qui eligetur defutura ſit dicendi facultas, ſubita namque obtigit optio. Quamobrem cogetur fortè quiſquis dicturus erit, ex improviſo quodammodo verba facere. SOC. Quinam ô bone vir? ſingulis enim iſtorum ſunt orationes dudum in hoc compoſitæ. Tum nec arduum eſt de his rebus abſque meditatione dicere. Si enim oporteret vel in Peloponneſo Athenienſes, vel Peloponneſiacos Athenis orare, facundo tunc oratore opus eſſet, qui & perſuaderet, & probaretur. Quando autem apud eoſdem ſe quis exercet, quos & laudat, facilè ejus verba laudantur. MEN. Facilene iſtud exiſtimas Socrates? SOC. Equidem. MEN. An ſperas eloqui poſſe te, ſi opus fuerit, & Senatus conſulto eligaris? SOC. Quid mirum Menexene, me ad dicendum ſufficere, qui magiſtram haudquaquam imperitam in Rhetorica nactus fuerim, quæ & alios multos eloquentes reddidit oratores, & unum Græcorum omnium præſtantiſſimum filium Xanthippi Periclem?

clem ? MEN. Quænam iſta ? Nunquid Aſpaſiam dicis? SOC. Et hanc dico, & filium Metrobii Connum. Hi nanque duo præceptores mihi ſunt, Connus quidem Muſicæ, Aſpaſia verò Rhetoricæ. Ita igitur eruditum virum nihil mirum eſt in his eloquentem eſſe. Quinimo & ſiquis etiam deterius quàm ego doctus fuerit muſicam quidem à Lampro, Rhetoricam verò ab Antiphonte Rhamnuſio, is tamen poterit inter ipſos Athenienſes, Athenienſes laudando, ſic eloqui, ut ejus ab auditoribus oratio probetur. MEN. Quidnam habes quod in medium afferas, ſi te verba facere oportuerit? SOC. Ex me quidem fortaſſe nihil. Sed heri Aſpaſiam ipſam audivi funebrem de his orationem dictantem. Audiverat enim quæ & ipſe dicebas, Athenienſes aliquem electuros eſſe qui de his orationem haberet. Deinde partim mihi ex improviſo quæ dicenda forent, partim meo quidem judicio præmeditata exponens, funebrem orationem contexuit, quam dixit Pericles reliquias quaſdam ex illa componens. MEN. Nunquid recordareris quæ dicebat Aſpaſia? SOC. Equidem, niſi injurius ſim. Ab ea namque edidici, parumque abſuit quin propter oblivionem plagis illa me cæderet. MEN. Cur non refers? SO. Vereor ne magiſtra mihi ſubiraſcatur, ſi orationem illius edidero. MEN. Nullo pacto Socrates. Verum gratificare mihi, ſeu Aſpaſiæ, ſive cujuſlibet alterius orationem dicere placet, dicas modo. SOC. Fortè me ridebis, ſi ſenex adhuc jocari tibi viſus fuero. MEN. Abſit ô Socrates. Dic amabo. SO. Mos tibi gerendus eſt. Ferme namque ſi nudatum me ſaltare juberes, quando quidem ſoli ſumus, obſequerer. Sed audi jam. Hunc enim in modum, ut arbitror, loqui cœpit, ſumens ab ipſis defunctis exordium.

II. *Oratio funebris.*

Re quidem ipſa juſta his apud nos exhibita ſunt, quæ jam aſſequuti iter fatale peragunt, tam publicè à civitate, quàm privatim à ſuis magnifico ſumptu, & frequenti concurſu dimiſſi. Verbis verò laudationem addi lex jubet, ac profecto ita decet. Bene ſiquidem rebus geſtis ex ipſa verborum exornatione, ad eos qui geſſerunt apud auditores memoria perennis ſplendorque provenit. Ea verò opus eſt ratione, quæ defunctos ſatis laudet, ſuperſtites benignè moneat, filios eorum fratréſque ad virtututis ipſorum imitationem hortetur: parentes autem, & majores alios ſiqui ſuperſunt, conſoletur. Quæ igitur nobis talis erit oratio? vel unde potiſſimum præclaros laudare viros incipiemus, qui viven-

tes virtute propria ſuos mirificè delectavere, & pro ſalute viventium offerre ſe morti non dubitarunt; Videtur itaque mihi oportere ſecundum naturam ut boni effecti ſunt, ita eos laudare: boni autem ideo provenerunt, quia ex bonis traxerunt originem. Quapropter generoſam primo illorum ſtirpem laudemus. Deindè educationem & diſciplinam. Poſtremò narremus, ita ab eis fuiſſe res geſtas, ut maximè decebat eos, qui eſſent ex
III. talibus oriundi, & ita poſtmodum educati. Prima quidem generis horum laus eſt, quòd majorum origo haud peregrina fuit, neque ſucceſſores hos ita hic reliquit velut inquilinos novóſque homines, ex advenis genitos: ſed indigenas ac revera in patria habitantes, viventéſque & nutritos non à noverca quidem, ut alii, ſed ab ipſa matre ipſorum regione quam habitarunt: in qua & nunc conduntur vita functi, ipſis videlicet in viſceribus ejus quæ peperit eos, & nutriit & excepit. Par eſt enim matrem ipſam ante omnia honorare: nam ita maximè horum genus excolitur. Eſt autem regio hæc non ſolum nobis, ſed omnibus hominibus celebranda, cum aliis multis de cauſis, tum ex hoc præcipuè quia diis chariſſima eſt. Quod teſtatur deorum de hac inter ſe concertatio. Ea

verò quæ à diis laudata eſt, cur non à cunctis hominibus collaudetur? Altera ejus laus erit, quòd eo tempore quo tellus animalia omnigena producebat, feras, & paſcentia omnia, terra duntaxat noſtra ad hæc ſterilis erat, agreſtibuſque animalibus vacua. Propriè verò ex omnibus animantibus hominem genuit, qui cæteris intelligentia præſtat, ſolúſque jus ac deos animadvertit. Quòd verò hæc regio & eorum quos pro concione celebramus & noſtros majores progenuit, hinc evidentiſſimè licet cognoſcere: quia omne quod gignit, alimentum conveniens genito continet. Quo planè diſcernitur, mulier illa quæ peperit, ab ea quæ infantem ſimulando ſuppoſuit: nam quæ peperit, lacte abundat ad ejus quod genitum eſt alimoniam, alia verò nequaquam. Tellus itaque noſtra materque perſpicuum argumentum præbet, quòd homines procreaverit. Nam & ſola & prima tunc pabula humana porrexit, tritici hordeíque fruges, quibus commodiſſimè genus hominum alitur, utpote quæ verè animal id produxerit. Potius autem de terra quam de muliere conjectare id licet. Neque enim terra mulierem conceptu partúque ſed terram mulier imitatur. Hujuſmodi verò pabulum ſine

*Attica tellus hominem primo produxit*

ſine invidia non hominibus ſolum abundè, verumetiam brutis ſubminiſtravit. Poſthæc oleum laborum ſubſidium natis ſuis ſuppeditavit. Nutritis autem adultíſque filiis principes præceptoréſque deos induxit. Quorum nunc prætermittenda ſunt nomina. Neque enim nos latet qui vitam noſtram munierint, tam artium inventione ad quotidianum victum ſpectantium, quàm traditione peritiáque armorum ad regionis ipſius cuſtodiam. Ita majores horum geniti atque educati Rempub. inſtituerunt. Qua de rectè habet ſi paucis IV. dicamus. Res enim pub. hominum educatrix eſt, bona quidem bonorum, contrariorum verò contraria. Quòd ergo in præclara Repub. enutriti ſunt noſtri majores, declarandum eſt, cujus beneficio, & illi qui nunc ſunt ſuperſtites boni evaſerunt, & ipſi adeo illi qui honeſtam mortem obierunt. Eadem namque Reipub. forma quondam, quæ nunc; optimatum videlicet gubernatio, ſub qua & his temporibus ac fermè ſemper ex eo tempore degimus. Eam quidam popularem vocant, alii aliter, utcunque placet. Eſt autem revera hæc optimatum cum quadam auctoritate populi gubernatio. Semper enim nobis reges ſunt, aliâs generis ſucceſſione, aliâs electione creati, ſed auctoritatis civitatis plurimum apud populum.

pulum, qui ſemper his qui optimi judicantur magiſtratus impertit. Ubi neque parentum debilitate vel paupertate vel ignobilitate quiſquam rejicitur, neque contrariis de cauſis honoratur ut in aliis civitatibus fieri ſolet. Sed una hæc eſt regula ad munerum rationem definiendam. Quicunque ſapiens aut bonus habetur, dominatur & imperat. Cauſa nobis gubernationis hujuſmodi, ex æquo generatio eſt. Aliæ ſiquidem civitates ſunt ex variis diſſimilibúſque generibus conſtitutæ: quo fit, ut inæquales ſint & gubernationes, tyrannides, paucorúmque potentiæ. In quibus ita homines vivunt, ut ſe invicem partim dominos, partim ſervos exiſtiment. Nos autem noſtríque una ex matre omnes, fratres invicem geniti, haud arbitramur invicem nos domi nos & ſervos eſſe: ſed generationis æqualitas nos inducit, ut & legis quæramus æqualitatem, neque rei prorſus ulli niſi opinioni virtutis prudentiæque cedamus. V. Quapropter & noſtri & horum parentes, & hi honeſtè creati, & in omni libertate nutriti, multa atque præclara facinora apud omnes gentes notiſſima privatim & publicè ediderunt, exiſtimantes libertatis gratia tam adverſus Græcos pro Græcis aliis quam adverſus barbaros pro cunctis Græcis eſſe pugnandum. Enimverò quo pacto in bello juverint Argivos quondam adverſus Cadmios, & Heraclidas adverſus Argivos, cum Eumolpus & Amazones, ac etiam cum his ſuperiores regionem invaderent, nimis anguſtum tempus eſt pro dignitate referre, & poëtæ illorum virtutem eleganter carminibus celebrantes in omnes gentes divulgaverunt. Quare ſi nos eadem nudo ſermone repetere nunc aggrederemur, fortè videremur illis eſſe ſecundi. Hæc igitur ob hanc cauſam arbitror dimittenda, quandoquidem pro dignitate jam ſatis celebrata videntur. Quæ verò nondum ut rerum dignitas exigit à poëtarum aliquo decantata ſunt, necdum tamen ab oblivione quiſquam vindicavit, hæc nobis prædicanda nunc arbitror, ut & nos ea laudemus & adiuvemus, provocemúſque alios ad eadem odis aliiſque carminibus ut decens eſt exornanda. Eorum autem quæ dico, prima hæc extant. Perſas profectò cum Aſiæ imperarent, & Europæ dominarentur, regionis hujus homines primi inhibuerunt, hinc quidem oriundi, noſtri autem progenitores: quorum meminiſſe, virtutemque laudare & oportet in primis & decet. Eam namque noſſe oportet, ſi quis ſufficienter laudaturus ſit res ab illis eo in tempore geſtas, quo Aſia omnis tertio jam regi ſervierat. Quorum primus

mus Cyrus magnitudine quadam animi cives ſuos Perſas in libertatem redigens, ſimul dominos Medos ſubjecit, totique Aſiæ uſque ad Aegytum imperavit. Filius autem ejus Ægypto quoque & Libyæ, quouſque penetrare dabatur. Tertius Darius, pedeſtri pugna uſque ad Scythas extendit imperium. Navali autem, mari, & inſulis eſt dominatus. Quo factum eſt, ut repugnare illi nullus auderet. Animi quidem hominum omnes ſeruili quadam formidine abjecti jam erant: adeo multæ, frequentes, & bellicoſæ gentes ſub Perſarum imperio tenebantur. Nos autem Eretrienſéſque accuſans Darius quaſi Sardibus inſidiaremur, & hanc belli occaſionem nactus, quingenta hominum millia claſſibus miſit, naves vero trecentas, híſque Datum præfecit, atque illi mandavit, ut captivos ad eum Eretrienſéſque & Athenienſes duceret, ſi ſuum ipſius caput ſalvum eſſe vellet. Ille navibus advectus Eretriam, ubi non pauci erant, ac præterea in rebus bellicis inter Græcos eorum temporum illuſtriſſimos numerabantur, triduo eos captivos fecit, ac omnem regionem ſic exploravit, ut ne ulli eſſet effugiendi locus: hoc ſcilicet modo: Nempe ad fines Eretriæ profecti milites ejus, & à mari in mare ſeſe extendentes, diſcurrentéſque junctis invicem manibus univerſam regionem protinus percurrerunt, ut regi referre poſſent, neminem ſe ſubterfugiſſe, Eodem conſilio ex Eretria Marathonem deſcenderunt, utpote quòd illis ad id aptiſſimum erat, ut Athenienſes una cum Eretrienſibus quaſi ſub eodem jugo ducerent captivos. His autem partim quidem ita peractis, partim verò tentatis, nullus Græcorum præter Lacedæmonios Eretrienſibus Athenienſibusve ſuccurrit. Et ii ſequenti poſt pugnam die venerunt, Cæteri autem omnes perterriti ſunt, ac bene ſecum agi putantes ſi periculum præſens evaderent, quieverunt. Ex hoc intueri licet quanta illorum virtus fuerit, qui in Marathone barbarorum impetum ſuſtinuerunt, eorúmque ſuperbiam domuerunt. Primi ſanè de barbaris triumpharunt, & exemplo reliquis oſtenderunt, Perſarum vim haud inexpugnabilem eſſe, imò verò & multitudinem omnem & divitiarum copiam virtuti parere. Eos equidem viros non modo noſtrorum corporum genitores, ſed & libertatis tum noſtræ, tum omnium qui in hujuſmodi habitant continenti, auctores arbitror extitiſſe. His namque exemplis provocati poſteriores Græci in ſequentibus bellis pericula omnia pro ſalute ſua ſubire non dubitarunt, diſcipuli profectò illorum qui in Marathone Perſas profligavere. Primam itaque palmam oratione illis tribuere decet, ſecundam verò iis qui circa Salaminam Artemiſiúmque hoſtes prælio navali vicerunt. Multa nempe ab his viris geſta narrare poſſemus, & quantos caſus ſuſtinuerint terrâ marique, quamque forti animo eos propulſarunt. Quod autem præ cæteris egregium puto, nunc referam. Nam quod reſtabat poſt bellum Marathonicum, perſecerunt. Siquidem qui in Marathone certarunt, hoc tantum Græcis demonſtraverunt, quòd terreſtri pugna pauci quidem Græci multorum impetum barbarorum frangere poſſent. Maritima verò victoria adhuc incerta, exiſtimabantúrque Perſæ in maritimis præliis, & multitudine & divitiis artéque & robore inexpugnabiles eſſe. Hoc itaque in his qui tunc navibus pugnavêre, laude dignum eſt, quòd metum Græcis inſitum penitus depulerunt, fecerúntque ne amplius navium virorúmque numerum pertimeſcerent. Utriſque his factum eſt, tam in Marathone terra pugnantibus,quam mari poſtea circa Salaminam, ut reliqui Græci & docerentur & provocarentur, ab illis quidem terra, ab his autem mari, ad prælia contra barbaros intrepidè committenda. Tertium aſſero quod in Plateis geſtum eſt, & numero & virtute, ſalutis Græcæ cauſam extitiſſe. Commune verò id jam Lacedæmoniis, & Athenienſibus facinus. Igitur omnes hi Græci in ſummis à nobis, & à poſteris laudabuntur.

VI. Poſthæc multæ inſuper Græcorum urbes adhuc ſub barbaris erant. Rex autem minabatur Græcos ſe iterum invaſurum. Decet profectò illos commemorare, qui ſuperiorum operibus ſalutis extremam manum impoſuerunt, cum omnem ex mari barbariem, depuliſſent. Hi verò fuerunt qui circa Eurymedontem claſſe pugnarunt, & in Cyprum militaturi ſe contulerint: itemque in Ægyptum navigare, plurimáſque alias terrarum oras peragrarunt. Horum meminiſſe oportet, his gratia eſt habenda, quòd regem perterritum coegerunt de ſalute ſua cogitare potius quàm ad Græcorum perniciem inſidias tendere. Atque id bellum per omnes urbes diffuſum fuit, dum Græci ſeipſos omnéſque linguæ ejuſdem homines adverſus barbaros tutarentur. Pace verò demum confecta, honoratáque civitate, contigit ei quod ſolet ab hominibus in eos quibus proſperè res ſuccedunt oriri, primo quidem æmulatio, ab æmulatione deinde invidia, quæ hanc civitatem invitam in bellum cum Græcis gerendum traxit. Poſt hæc initio bello in Tanagra congreſſi ſunt, pro libertate Bœotiorum adverſus Lacedæmonios concertantes,

tantes. Cumque incertus pugnæ eſſet eventus, quod poſtea ſequutum eſt, rem ipſam aperuit. Plerique ſanè aufugerunt deſtituentes Bœotios, quibus auxilium allaturi convenerant. Noſtri autem die tertia in Enophitis potiti victoria, eos qui injuſtè fugerant, juſtè reduxerunt. Hi utique primi poſt bellum Perſicum Græcis gratia libertatis auxiliati contra Græcos, viri quidem præclari, & libertatis auctores his quibus opem tulerant, his in monumentis honorati à civitate priores ſunt poſiti. His verò peractis, cum increbreſceret bellum, Græcíque omnes ſumptis armis regionem devaſtarent, urbique indebitam gratiam referrent, eos noſtri navali prælio ſuperarunt, & eorum duces Lacedæmonios comprehenderunt: quos quamvis jugulare liceret, dimiſerunt, pacémque firmarunt, exiſtimantes adverſus ejuſdem generis homines ad victoriam uſque pugnandum, neque ob propriam civitatis indignationem Græcorum communionem penitus diſſolvendam, ſed adverſus barbaros ad necem uſque certandum. Hos itaque laudare viros decet, qui hoc bello peracto hic jacent, quoniam oſtenderunt inanem eſſe illorum ſuſpicionem, ſiqui Athenienſium virtuti diffiſi opinentur in primo contra barbaros bello alios quoſdam preſtantiores Athenienſibus extitiſſe. Hi enim omnis cum Græcia ſeditionibus agitaretur, ipſique viros cæteris Græcis præſtantiores bello ſuperatos comprehendiſſent, declaraverunt eos ſeorſum ſe vincere, quibus cum communiter barbaros expugnaverunt. VII. Tertium poſt pacem hanc bellum improviſum & grave exortum eſt, in quo cum multi fortéſque viri occubuiſſent, hic conduntur. Quorum multi circa Siciliam plurimis ſunt potiti victoriis pro ſalute Leontinorum, quibus jurejurando aſtricti opem ferebant, quo fœdere ad ea loca navigaverant. Cum verò diuturna eſſet navigatio, ac interim rerum diſcrimine penuriáque civitas premeretur, neque illis poſſet ſuccurrere, negatis ſubſidiis res eorum haud proſperè ſucceſſerunt. Quorum hoſtes bellóque adverſarii majorem temperantiæ virtutíſque laudem quàm amici aliorum habent. Multi præterea navali bello per Helleſpontum die una omnes adverſariorum naves ceperunt, plurimáſque alias devicerunt. Bellum verò idcirco inſperatum durúmque vocavi, quia nullus exiſtimaſſet reliquos omnes Græcos contra civitatem tam acerrimo ſtudio contentionis accendi, ut regem illum barbarum infenſiſſimum, quem unà nobiſcum expulerant rurſus per legatos ad bellum Græcis inferendum irritare non dubitarent, & uni-

verſ

verſos tum Græcos, tum barbaros ad hanc urbem obſidendam colligere. Ubi præcipue potentia virtuſque civitatis hujus effulſit. Nam cum exiſtimarent eam jam ſuccubuiſſe, naveſque obſeſſæ circa Mitylenem eſſent, ipſi auxilium laturi ſexaginta naves ingreſſi, viri quidem ſine controverſia fortes, hoſtem profligarunt, liberarunt amicos, cùm indigno caſu circumventi, non autem mari interfecti eſſent, hic jacent. Quorum ſemper cum laude meminiſſe decet. Nam illorum virtute non modo tunc ex navali certamine, ſed reliquo etiam prælio victoriam reportamus. Etenim propter illos tantam eſt noſtra civitas gloriam conſecuta, ut nunquam expugnari poſſe nec ab omnibus quidem hominibus crederetur. Quod certè haud procul à veritate abeſt. Neque enim aliorum inſidiis viribúſque, ſed propria diſſenſione devicti ſumus. Nempe nunc etiam ab exteris ſumus invicti. Sed ipſi nos expugnavimus, nobis ipſis ſuccubuimus.

VII. Poſt hæc tempora pacatis omnibus, cumque aliis pace confecta, inteſtina nobis ſeditio coorta eſt, in qua ſe ita geſſerunt, ut ſi quidem omnino fatis decretum eſſet homines ſeditionibus agitari, nemo videatur aliter ægrotare patriam optaturus. Nam ex Piræo & urbe quàm benignè atque domeſticè præter cæterorum Græcorum opinionem cives invicem conflixerunt! bellúmque adverſus eos qui Eleuſine erant concitum, quàm moderatè tranſegerunt atque ſedarunt! Horum profectò omnium alia nulla eſt cauſa præter veram ipſam cognationem, quæ amicitiam firmam atque cognatam non ſermone, ſed re his hominibus indidit. Oportet autem eos etiam qui hoc in bello mutuis vulneribus conciderunt, memoria colere, & utcunque poſſumus, inter ſe eos conciliare votis ſacrificiiſque pro illis qui ſuperavere peractis, quandoquidem & nos conciliati ſumus. Neque enim improbitate inimicitiiſque ſed infelicitate quâdam manus invicem conſeruerunt. Horum verò teſtes ſumus ipſi ſuperſtites. Nam cum illis genere conjuncti ſimus, mutuo damus veniam, & recipimus, ſiquid vel in alium intulimus, vel perpeſſi ſumus ab alio. Deinde cum in ſumma rerum tranquillitate quieſceret civitas, barbaris quidem ignoſcebat, quòd infeſtati ab illa ſatis fortiter repugnaverant: Græcis autem indignabatur, quia pro acceptis beneficiis injuriam quandoque retulerant, dum ſocietatem cum barbaris inirent, navéſque quibus fuerant ſervati, diriperent, diſſiparentque muros quibus nos mœnia eorum ne corruerent, quandoque defendiſſemus. Inſtituit itaque civitas ultrà haud tueri Græcos, ſiquando vel à Græcis, vel à barbaris opprimerentur. Cum verò nos in hac eſſemus ſententia conſtituti, putaréntque Lacedæmonii nos libertatis tutores jacere, opus verò ſuum fore poſthæc, ut alios ſubjugarent, ſic egerunt. Quid multis opus eſt verbis? Neque enim vetera, neque multis retro ſeculis geſta dicerem; quæ ſequuntur.

IX. Neque nos latet, perteritos Græcorum primos Argivos, Bœotios, Corinthios auxilium civitatis hujus imploraviſſe. Quodque omnium diviniſſimum eſt, rex ipſe tanta eſt iudigentia preſſus, ut non aliunde quàm ex hac civitate quam omni ſtudio diruere conatus fuerat, ſalutem ſuam tutari poſſe conſideret. Enimverò ſiquis hanc civitatem incuſare jure voluerit, hoc duntaxat objicere poterit, quòd miſericordia nimis ſemper afficiatur, diligentiúſque ſublevat ſuccumbentem. Ea ſiquidem tempeſtate tolerare non potuit, quódve inſtituerat ultrà ſervare. Decreverat ſanè nullis unquam eorum à quibus injuriam accepiſſet, ſuccumbentibus opem ferre. Mutavit tamen propoſitum, & auxilium præſtitit. Unde Græcos liberavit à ſervitute, ita ut liberi vixerint donec ipſi ſe invicem ſubjugarunt. Regi verò ſuccurrere auſa eſt minimè. Verebatur enim triumphos ex Marathone, Salamina, Plateis antea reportatos. Sed quum ſineret fugitivos & volones opem ferre, ſine controverſia eum quoque ſervavit. Structis autem muris, fabricatíſque navibus, bellóque ſuſcepto quando coacta eſt bellum gerere, pro Pariorum ſalute contra Lacedæmonios dimicavit. Metuens verò civitatem rex, poſtquam Lacedæmonios viderat navale bellum renuere, & idcirco deficere volens, poſtulavit Græcos qui in continenti erant, quos prius ipſi Lacedæmonii exhibuerant, ſi propugnandum foret nobiſcum cæteríſque belli ſociis, arbitratus hoc ſibi negatum iri, quòd deficiendi à nobis occaſionem nanciſceretur. Ubi à propugnatoribus ſociíſque aliis eſt deceptus. Namque exhibere illi voluerunt, convenerúntque jurejurando adhibito Corinthii, Argivi, Bœotii, cæteríque belli ſocii, ſi daret pecunias, ut eos illi qui in continenti erant Græcos traderent. Soli verò neque tradere, neque jurare tunc auſi ſumus, uſque adeo mos civitatis hujus generoſus, liber, conſtans, integer, & natura barbaris eſt infenſus, propterea quòd homines hi abſque ulla barbarorum commixtione puri integríque ſunt Græci. Neque enim miſcentur nobiſcum Pelopes, aut Cadmii, aut Ægyptii, Danaíve, aliíque permulti, natura quidem barbari, lege ſolummodo Græci, ſed ipſi Græci duntaxat nulla prorſus infecti barbarorum co- fuſione perſeveramus. Quæ qnidem puritas odium huic civitati adverſus genus alienum ingenuit. Soli rurſus puríque ex hoc perſeveravimus, quòd opus profanum perpetrare noluimus, Græcóſque barbarorum manibus tradere. Ad hæc igitur deſcendentes, ex quibus primo ſuperati fuimus, favente Deo, felicius quàm tunc bellum conſtituimus. Nam retinentes naves, muros, noſtráſque colonias, à bello liberati ſumus: adeò libenter & hoſtes ipſi deſtiterunt. Viros tamen fortes hoc quoque in bello amiſimus, partim apud Corinthum regionis aſperitate, & anguſtia interceptos, partim proditione apud Lecheum profligatos. Inſignes quoque viri, qui & regem liberavere, & ex mari Lacedæmonios expulerunt. Quo ego equidem in memoriam vobis reduco. Vos autem viros hujuſmodi collaudare celebraréque decet. Atque opera quidem hæc virorum hic jacentium, cæterorúmque omnium quicunque pro patria obierunt, quæ relata ſunt, multa ſunt, atque præclara: ſed quæ reſtant, plura admodum præſtantioraque ſunt. Atqui dies multi vix noctéſque ſufficerent. ſiquis omnia complecti voluerit. His ergo memoria repetitis, unumquenque virum oportet natos horum aſſiduè exhortari, ut tanquam in bello majorum ſuorum ordinem ſervent, neque per ignaviam aufugiant. Equidem ô virorum præſtantium filii, vos ipſe & in præſentia exhortor, & in poſterum quemcunque veſtrum nactus fuero, admonebo ſemper, & cohortabor, ut quàm optimi evadere contendatis. Nunc quoque par eſt vobis referre quæ nobis patres veſtri mandarunt poſteris prædicare ſiquid paterentur, cum foret periclitandum. Recenſebo igitur vobis in præſentia quæ ex illis ipſis audivi, quæve ipſi nunc vobis, ſi facultas daretur, libenter præciperent, conjecturam equidem ex illis quæ quondam dicebant, facio. Exiſtimate verò nunc quæ referam illos ipſos audire loquentes. Hunc autem in modum exorſi ſunt: Quòd ex præclaris parentibus orti eſtis ô filii, præſentia vobis teſtantur: profectò cum nobis liceret turpiter vivere, honeſtè emori maluimus, quàm vos cæteróſque poſteros infamiæ cuiquam ſubjicere, ac parentibus noſtris majoribúſque dedecori eſſe, putantes homini ſuos dedecoranti non eſſe vivendum. Ei namque neque in vita, neque poſt mortem amicum aliquem eſſe, vel hominum vel deorum. Oportet igitur vos verborum noſtrorum memores, ſiquid aliud exercetis, cum virtute exercere, ſcientes abſque virtute exercitationes & poſſeſſiones omnes turpes malaſque eſſe. Divitiæ nanque ſplendorem afferunt nullum eas cum ignavia poſſidenti. Neque enim ſibi hic, ſed alteri parat poſſidétque divitias. Neque forma corporis atque robur timido ac pravo cum inſunt, decorem præſtant. Eum nanque dedecent, notiorem efficiunt, ignaviam patefaciunt. Præterea ſcientia quævis ſi à juſtitiâ & reliquâ virtute ſejungatur non ſapientia, ſed calliditas eſſe videtur. Quorum cauſa & primò, & poſtremò, atque per omnia omni ſtudio diligentiáque contendite, ut & nos, & majores noſtros virtutis gloria ſuperetis. Alioquin ſcitote, ſi vobis virtute præſtemus, victoriam hanc nobis dedecus allaturam, ſin ſuperemur à vobis, felicitatem. Ita verò maximè nos quidem ſuperabimur, vos autem ſuperabitis, ſi ea ratione vitam inſtituetis, ut majorum gloria non abutamini, neque eam ut ita dixerimus, expendatis erogetíſque, ſcientes viro aliquid eſſe ſe exiſtimanti nihil turpius poſſe accidere, quàm ſeipſum honorandum non propriam ob virtutem, ſed propter gloriam ſuperiorum præbere. Gloria enim parentum natis præclarus eſt magnificúſque theſaurus. Uti verò pecuniarum honorúmque theſauro, & hunc ad poſteros non transfundere, propriæ poſſeſſionis gloriæque defectu, turpitèr & à viri generoſitate penitus alienum. Si igitur hæc exercueritis,

cueritis, quum debito fato conceſſeritis chari ad nos filii charos parentes proficiſcemini. Sin autem neglexeritis hæc, & improbi evaſeritis, nemo vos libens excipiet.

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ τοιαῦτα ὀλοφύρεσθαι. οὐ γὰρ ἐλανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς ὄντας θνητοί. Ὡς τε τί δεῖ ἃ πάλαι προσεδοκῶμεν πείσεσθαι, ὑπὲρ τούτων νῦν ἄχθεσθαι, ἢ λίαν οὕτω βαρέω φέρειν ἐπὶ ταῖς τῆς φύσεως συμφοραῖς; ἐπισαμένους ὅτι ὁ θάνατος κοινὸς, καὶ τοῖς χειρίςοις, καὶ τοῖς βελτίςοις. Οὔτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὑπερρορᾷ, ὅτι τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζει, ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσι, εἰ μὲν οἷόν τε ἦν τοῖς τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους διαφυγοῦσιν ἀθανάτους εἶναι τὸν λοιπὸν χρόνον, ἄξιον τοῖς ζῶσι τὸν ἅπαντα χρόνον πενθεῖν τοὺς τεθνεῶτας. Νῦν δὲ ἥ τε φύσις καὶ νόσων ἥττων καὶ γήρως, ὅ, τε δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχὼς ἀπαραίτητος. Ὡς τε προσήκει τούτους εὐδαιμονεςάτους ἡγεῖσθαι, οἵ τινες ὑπὲρ μεγίςων καὶ καλλίςων κινδυνεύσαντες, οὕτως τὸν βίον ἐτελεύτησαν, οὐκ ἐπιτρέψαντες περὶ αὐτῶν τῇ τύχῃ, οὐ δὲ ἀναμείναντες τὸν αὐτόματον θάνατον, ἀλλ' ἐκλεξάμενοι τὸν κάλλιςον. Καί τοι γὰρ ἀγήρατοι μὲν, αὐτῶν αἱ μνῆμαι, ζη-

---

Ὅ, τε δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν, &c.] Ità Æſchylus Ἅδου οὐκ ἔςι βωμός. quaſi inexorabilis fuerit Pluto ſive mors quare apud Euripid. dicitur θεὸς ἄσπονδος.

λωταὶ

λοιπὰ ἢ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων αἱ τιμαί. Οἱ πενθοῦνται μὲν διὰ τὴν φύσιν ὡς θνητοί, ὑμνοῦνται δὲ ὡς ἀθάνατοι διὰ τὴν ἀρετήν. Καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς, ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι. Ἐγὼ μὲν οὖν αὐτοὺς καὶ μακαρίζω τοῦ θανάτου καὶ ζηλῶ, καὶ μόνοις ἀνθρώπων οἶμαι κρεῖττον εἶναι γενέσθαι, οἵτινες ἐπειδὴ θνητῶν σωμάτων ἔτυχον, ἀθάνατον μνήμην διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν κατέλιπον. Ὅμως δ' ἀνάγκη τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι χρῆσθαι, καὶ θεραπεύοντας τὸν πάτριον νόμον ὀλοφύρεσθαι τοὺς θαπτομένους.

## Λυσίου τοῦ Ῥήτορος περὶ τῶν Κορινθίοις βοηθῶν Ἐπιταφίου τέλος.

---

# LYSIÆ

## Oratoris

## Funebris Oratio pro iis Athenienſibus qui Corinthiis adverſus Lacedæmonios auxilium ferentes prælio interiere.

1. *Exordium à præclarâ Athenienſium virtute.*

SI Fieri poſſe exiſtimarem, ó viri, qui huic funeri adeſtis, ut eorum qui hoc loci conditi ſunt fortium virtus hominum oratione oſtendi poſſet, accuſarem profecto illos qui paucos dies de iſtorum laudibus dicendum ſtatuiſſent. Sed cum neque omnis ætas cunctis mortalibus parem orationem præclaris horum facinoribus præſtare quiret: eo & ipſa civitas videtur mihi breve temporis curriculum præſcripſiſſe, quippe quæ his conſtituere voluerit, qui hic verba facturi ſunt. Sic enim illos veniam ab auditoribus facilius aſſecuturos arbitrabatur. Verum tamen hac mihi de re oratio eſt habenda. Certamen tamen omne non circa horum res geſtas, ſed adverſus eos qui antea de iſtorum laudibus dixere, verſatur. Tantam enim horum virorum inaudita & incredibilis penè virtus ubertatem, tantam materiam, tantam copiam præſtitit, & his qui poëmate valent, & his qui dicendi elegantia uti volunt, ut & multa quidem & pulchra, ii qui de ipſis antea verba habuere planè dixerint: multa vero, & ab illis relicta fuerint, quæ ſatis ſupérque dicendi argumenta poſteris omnibus allatura ſint. Nullius enim ii neque terræ, neque maris cujuſpiam rudes extitere. Ubique immortales horum virtutes celebrantur. Primum itaque vetera majorum pericula pro celebrata famæ memoria enarrabo, Dignum eſt enim ut omnes homines illorum meminerint, & in præconiis cantuum extollendo, & in fortium virorum monumentis diſtitando, & in hujuſmodi tempeſtate honoribus proſequendo, & in defunctorum operibus ſuperſtites erudiendo. *Amazones enim Martis olim filiæ fuere: eæ ad Thermodontem fluvium habitabant. Quæ quidem ſolæ inter finitimos ferro armatæ, primæ omnium equos aſcendêre.

II.
*De bello Amazonum cum Athenienſibus.*

cendêre. His autem uſæ inſperato ob imperitiam repugnantium, & fugientes conſequebantur, & inſequentes longe relinquebant. Putabantúrque ob animorum magnitudinem viri, potius quàm ob ſexum mulieres. Magis namque viris animo præſtare videbantur, quàm ſpecie cedere. Cum igitur permultis eæ gentibus imperitarent, & in ſervitutem finitimos egiſſent ac de maximo hujuſce urbis nomine ſplendoréque accepiſſent, gloria & ſpe fretæ, aſſumptis bellaciſſimi nationibus adverſus hanc urbem exercitum ductavere, ubi probos nactæ viros, ingenio ſimiles animos reddiderunt. Et priore illa fruſtratæ opinione, ex periculorum potius magnitudine mulieres, quàm ex diſſimilitudine corporum viſæ ſunt. Quibus certe ſolis non licuit ex erratis commonefactis, quod factum melius in poſterum foret conſulere, neque domum redeuntes, & ſuam nunciare calamitatem, & noſtrorum patrum virtutem referre potuerunt. Nam in hoc loco pereuntes, & amentiæ pœnam dantes, hujus quidem urbis ob virtutis decus, immortalem memoriam effecere, ſuam vero patriam, ob eam quam hic cladem ſuſcepiſſent, obſcuram & ignobilem reddidere.

III. *Aliena appetere noxium.*

Illæ itaque quæ alienum ſolum injuria concupiſſent, ſuum jure perdiderunt. Adraſto autem atque Polynice adverſus Thebas legiones ductitantibus, ac prælio ſuperatis, cum Thebani humari cadavera prohiberent, Athenienſes, ubi ſecum æſtimaſſent, illos ſi quid per injuriam patraviſſent, pœnam morte dediſſe maximam, manes vero haud ea ſortiri, quæ ſua forent, quippe quod per ſacrorum piacula, dii ſuperi impietate irritentur. Primum quidem miſſis præconibus, eos deprecantur, ut mortuos humari ſinerent. Exiſtimabant enim virorum fortium eſſe, in vivos hoſtes animadvertere, meticuloſorum autem ac ſuis viribus diffidentium in mortuorum corpopora animi magnitudinem oſtentare. Cum id vero aſſequi nequiſſent, adverſus illos exercitus eduxere. Nec ulla prorſus contentionis ſeges majoribus noſtris adverſus Thebanos fuerat. Neque Argivis ſuperſtitibus gratificari voluêre. Verum cum dignum ducerent, eis qui bello perjiſſent juſta perſolvi, adverſus alteros, pro utríſque periculum ſubiêrunt. Pro illis quidem, ne in defunctos vita, etiam delinquentes, majore ludibrio deos inſequerentur: pro alteris vero, ne prius quàm in ſuam patriam abjiſſent, honorem patrium minus ſortirentur, Græcíſque legitimis privati,

*Bellum Athenienſium adverſus Thebanos pro ſepeliendis mortuis.*

ſpe etiam communi planè fruſtrarentur. His itaque freti rationibus, ac belli fortunas communes omnium hominum arbitrantes, & ſi hoſtes ſibi quidem permultos comparavere, jure tamen muniti ſocio, ſuperiores prælio extiterunt. Neque ſecundis tamen elati rebus majus ex Thebanis ſupplicium affectarunt, ſed illis quidem pro nefario eorum facinore, ſuam demonſtravere virtutem. Eáque conſecuti, quorum gratia venerant, Argivorum cadavera in ſua Eleuſine ſepeliêre. Adverſum ſeptem igitur regum, Thebanæ expeditionis interemptas legiones, Athenienſes tales ſe præſtiterunt.

*Juſtitia victrix.*

IV. In poſterum vero tempus, poſtea quàm Hercules humanis rebus exceſſit, & ejus filii, Euryſtheum fugientes, à Græcorum nemine exciperentur: utpote quibus plus terroris Euryſthei vis quàm ſplendor rerum ab eo geſtarum pudoris afferrent, ſeſe in hanc urbem recepientes, ſupplices pro aris conſedere. Eos autem Euryſtheo expoſcenti, Athenienſes tradere quidem noluerunt, ſed Herculis vereri virtutem, quàm ſuum formidare periculum maluere, & pro infirmioribus, juſtè concertare, quàm potentioribus obſequentes, affectos ab illis injuria dedere, dignius cenſuerunt. Quam

*Supplices non temerè hoſtibus tradendi.*

ob

*Bellum adverſus Euriſthea pro filiis Herculis.*

ob rem, cum Euryſteus tum ſuis, tum eorum qui per id temporis Peloponeſum tenerent, fretus viribus adverſum hanc urbem legiones, ductitaſſet, neque in tam præſenti diſcrimine, maximiſque terroribus majores noſtros pœnituit, qui ea ſeſe mente ac ſententia præſtiterunt, qua antea extitiſſent. Nam tametſi, neque boni privatim quippiam ob eorum patrem ſuſceperant, neque illos norant cujuſmodi, qui nam eſſent futuri viri, tamen ſuæ juſtitiæ eſſe duxere, ut vel nullis antea in Euryſteum inimicitiis, neque ullo præter gloriæ præmium, quæſtu poſito, tantum pro iis periculi ſuſciperent, Enimverò & injuriam patientes miſerebantur, & inferentes odio inſequebantur. Proinde & hos arcere ab injuria pergebant, & his auxilium ferre dignum arbitrabantur. Exiſtimabant enim libertatis argumentum, nihil invitos facere, juſtitiæ verò injuria laceſſitis auxilio eſſe: magnanimitatis autem pro his utriſque ſi opus fuerit, pugnando interiere. V. Utrique autem uſque adeo elatis animis erant, ut neque qui cum Euryſteo ſentiebant, quicquam ab inuitis aſſequi poſcerent, neque Athenienſes dignum ducerent, ut Euryſteus ipſe ſupplicans ſupplices Herculis filios ab ſeſe extruderet.

Cum verò privatis viribus in aciem contra perrexiſſent, ex omni Peloponeſo inferentes ſe legiones prælio ſuperarunt. Sicque Herculis filiis perſpexere, ut & eorum corpora in tuto conſtituerent, & omni ſublata formidine, animos etiam ob patris virtutem liberarent. Illos certe ſuis periculis ipſi coronantes, longe meliore fortuna uſos oſtenderunt, quam unquam pater extitiſſet. Ille namque, & ſi plurimorum mortalibus bonorum fuiſſet autor, vitam ſibi & laborioſam, & contentioſam ambitioſamque conſtituens, injuſtos quidem alios mulctavit, in Euryſteum verò, qui & inimicus eſſet, & injuria ſe afficeret, animadvertere haud potuit. Ejus autem filii, hujuſce urbis beneficio, viderunt eodem die & ſe ſalvos factos, & inimicos ſupplicio affectos.

VI.

*Æqitas defendenda.*

Enimverò per multa majoribus noſtris ſuberant, quibus una eadem ſententia, juſtitiæ certamen caperent. Nam & ipſa vivendi primordia juſtitia ſequebanurt. Non enim veluti alii multi undique confluentes, alienum ſolum prioribus expulſis colonis, incoluerunt, ſed indigenæ hanc ipſam ſibi, & matrem & patriam nacti ſunt. Iidem verò & primi ea tempeſtate ſolique extitere, quod tyrannis ex hac ora ejectis, populi principatum conſtituerent. Exiſtimabant enim communem omnium libertatem, concordiam eſſe maximam. Quare cum ſpe inter ſe communium pericula agitarent, rem publicam liberis animis gerebant, lege quidem, bonos honorando, malos autem jure plectendo. Cenſebant enim belluarum eſſe, ut vim ſibi invicem afferrent: decere autem homines, lege quidem jus diffinire, oratione autem perſuadere, re verò hiſce inſeruire: quippe quod à lege regantur, ab oratione autem doceantur. Itaque & honeſtè geniti, & honeſta ſentientes, plurima certè, horum qui hoc loci poſiti ſunt progenitores, & pulchra facinora admirabiliáque geſsêre. Qui verò ex illis orti ſunt trophæa certè ſua virtute, tum memoratu digna, tum magna, tum ubique gentium reliquere.

*Leges imperare debent.*

VII.
*Bellum à Græcis cum Dario Rege Perſarum geſtum.*

Soli namque adverſus multa barbarorum millia pro omni Græcia dimicarunt. Darius enim Aſiæ rex, haud contentus præſentibus bonis, ſed ſperans Europam in ſervitutem agere, quingentorum millium hominum exercitum miſit. Hi autem rati, ſive hanc civitatem ſua ſponte amicam fecerint, ſive invitam ſuperint, faciles reliquis Græcis imperari poſſe, Marathonem occupavêre. Ita namque deſtitutum iri ſociis Græcos arbitrabantur, ſi trepidante adhuc Græcia, quo pacto invadentibus repugnandum ii periculum fecerint. Accedebat ad rem, quod his de hac urbe ex prioribus rebus opinio innotuerat, ut ſi quidem adverſus aliam prius urbem ire perrexerint, & illos forent Athenienſeſque repugnantes habituri, quippe quod ſumma cum animorum alacritate, auxilium injuſtè affectis ſcirent allaturos: ſin autem copias huc egerint, nullos Græcorum alios fore, qui pro aliorum ſalute, belli molem ſubire, præſumerent manifeſtáſque prolis inimicitias adverſum ſe illorum irritare. Barbari itaque hujuſmodi ſententia fuere. Majores autem noſtri non cogitatione ac metu quodam, belli pericula internoſcentes, at exiſtimantes potius glorioſum letum, probis viris immortalem laudem relicturum, nequaquam hoſtium multitudinem formidarunt, ſed propriæ virturi potius fiſi, & eo pudore acti, inſerendum quòd ſuum Barbari agrum occupaſſent, expectare noluerunt, quo ad ſocii perſuaſi auxilio venirent. Neque rati quidem ſunt, oportere ut ipſi reliquis Græcis, ſed reliqui ſibi potius haberent ſalutis gratias.

VIII. Quæ cum omnes unâ mente ſentirent, obviam proceſſêre, & pauci illi adverſus multos. Putabant enim mortem ſibi cum multis eſſe communiorem, fortium autem virorum eſſe, ut parva muniti manu alienos animos ſua morte redimerent, ac memoriam ex periculis privatam relinquerent. Non autem abſurdè cenſebant quos minùs ſoli viciſſent, neque cùm ſociis quidem poſſent, & ut victi quod parùm ante alios interirent. Si vero vicerint,& reliquos quoque liberarint. Quapropter, cum probos ſe viros præſtitiſſent, virtutis autem gratia vitam contempſiſſent, magiſque ſuas apud leges veriti eſſent, quàm belli periculum timuiſſent, Trophæa de Barbaris, qui auri cupiditate, in alienum ſolum impetum feciſſent, pro Græciæ libertate, ad Atticæ confinia firmavêre. Tanta verò cum celeritate. id diſcriminis confecerunt, ut illi ipſi Barbarorum in hunc agrum adventum, noſtrorúmque patrum victoriam cæteris nunciarint. Et enim pro futuro periculo metuit reliquorum nemo: quin de ſua libertate certiores effecti incredibili quadam lætitia gaudióque perfuſi ſunt. Nihil itaque mirum ceſſerit, ſi ob vetera præclaráque facinora, perinde atque ſi nova eſſent, & jam hoc tempore cuncti mortales noſtrorum majorum virtutem ad-

*Marathonia pugna in qua Duce Miltiade ducenta millia Perſarum cecidiſſe dicuntur.*

IX.

*Bellum Græcorum cum Xerxe*

mirentur æmulentúrque. Poſthæc autem Xerxes Aſiæ rex, cum eſſet Græciam aſpernatus, ſuáque illum fefelliſſet ſpes, & ob rem male geſtam ſeſe inhonoratum intueretur, excruciaretúrque animi, autoribus calamitatis iratus utpote qui neque malorum quicquam paſſus, neque fortiſſimos viros expertus eſſet, quos decennium compararat: cum navibus mille ac ducentis veniebat, peditum autem infinitam adeo multitudinem agebat, ut ſi quis eas nationes, quæ eum ſequebantur, numero complecti voluerit, laborioſiſſimum admodum ſit. Quod verò maximum eſt argumentum multitudinis, cùm ſibi liceret ad anguſtiſſimum Helleſponti omnes pedeſtres copias, ex Aſia in Europam trajicere, haud voluit. Putabat enim hoc pacto non parum ſibi temporis terendum. Quare & natura ingenitas, divináſque res, atque humana ingenia aſpernatus, per ipſum mare iter aggreſſus eſt, & navigatione per continentem facta Helleſpontum junxit. Athon diffodit, nemo ſuſtinuit, nemo reſtitit. Sed alii quidem inviti paruêre, alii verò ſe ultrò dedidere. Nam hi quidem ſatis ad repugnandum virium non habebant, hi verò pecuniis vitiati corruptique fuerant. Utrôque autem inclinabantur & quæſtu, & metu. Athenienſes verò in hoc Græciæ ſtatu, naves ipſi aſcendentes ad Arthemiſum auxilia contulêre. X. Lacidæmonii autem & ex ſociis aliqui ad Thermopylas obviam facti ſunt. Putabant enim ob locorum anguſtias, tranſitum tueri poſſe, Cum periculum verò appeteret per idem temporis, Athenienſes quidem navali bello ſuperiores evasêre, Lacedæmonii autem, haud animorum inopes facti, ſed eorum decepti multitudine, & quos pro locorum præſidiis futuros exiſtimaſſent, & adverſum quos dimicaturi forent, haud quidem ab hoſtibus victi ſed quo in loco ad pugnandum poſiti fuerant, interempti ſunt. Hoc igitur pacto Lacedæmoniis ea calamitate perculſis Perſæ qui tranſitûs potiti eſſent, in hanc urbem caſtra movebant. Majores autem noſtri, ubi de Lacedæmoniorum clade accepiſſent, ancipiti in periculo conſtituti erant, haud ignari, ſi quidem terreſtribus copiis cum barbaris congrediantur, adnavigantes illi cum mille navibus, vacuam urbem capient: ſin autem triremes inſcendere voluerint, à pedite capientur. Utrumque verò nequiverint, & repugnare & præſidii ſatis relinquere.

*Lacedæmoniorum in pugnando ſtrenuitas.*

XI. Proinde duabas difficultatibus poſitis utrum reliquenda ſit patria, an cum Barbaris congreſſi, Græcos in ſervitutem

agant.

*Libertas opibus potior.*

agant. Rati ſatius eſſe, virtute & paupertate, & ſuga libertatem, quàm cùm probro, atque opulentia, patriæ ſervitutem, quo Græciæ conſulerent, urbem deſeruêre. Sic enim ex parte, adverſus utraſque non autem adverſus ambas unà vires, belli diſcrimen ſubeant. Quare & filiis, & uxoribus, & matribus ad Salaminam poſitis, congregarunt, & aliorum ſociorum claſſem. Nec multis poſt diebus, omnis Barbarorum, tum pedes, tum claſſis, adventarat. Quod quis intuens non pertimuerit? Quàm magnum terribiléque periculum, huic civitati, pro Græcorum libertate ſuſceptum eſt, qua verò mente fuerant; vel eos intuentes qui in illis navibus eſſent: præſertim cum & eorum ſalus in ambiguo, & periculum foret in limine, aut qui pro neceſſitudine, proque præmiis apud Salaminios poſita fuiſſent, navalem pugnam dimicaturi eſſent.

XII. Tanta verò hoſtium multitudine circumdabantur undique, ut inter præſentia mala minimum ſibi foret, mortem ſuam ante ſe videre. Maximam verò miſeriam à victoribus Barbaris ſuperatos

*Egregia Hypotypoſis pugnæ navalis.*

paſſuros credebant. Ubi propter inſtantem difficultatem, & ſæpenumero invicem complexati ſunt, & merito ſeſe deplorarunt.

Videbant enim & naves ſuas admodum paucas, & hoſtium claſſem permagnam eſſe. Sciebant & urbis ſolitudinem factam, & agrum prædæ datum, Barbaríſque refertum: templa exuſta, omnes in extremis poſitos calamitatibus. Audiebant in eodem Græcum Barbaricúmque Pæanem commiſceri. Utrinque autem ingruebat, & pereuntium clamor, & mare cadaveribus plenum, cùm permulta fierent, & amicorum, & hoſtium naufragia, cùm multum temporis mutuo inter ſe claſſes concertarent. Cùm viderentur quandoque ſuperiores & ſalvi facti, interdum verò & ſuperati & perditi. Ubi ob inſtantem formidinem, multa vidiſſe exiſtimabant quæ non videbant, ac multa audire quæ minimè audierant. Quæ autem deorum ſupplicationes factæ non ſunt, aut ſacrificiorum recordationes, & filiorum commiſeratio, uxorum deſiderium, patrum matrúmque lamentatio? Conſideratio autem omnis, ſi minus proſperè ſucceſſiſſet, futurorum malorum fuerat. Quis autem deorum ob periculi magnitudinem, non eorum miſertus eſſet, aut quis hominum minus collachrymaſſet, aut XIII.
quis denique eorum audentia dedelectatus non eſſet? Longe profectò cæteris hominibus virtute majores illi noſtri, tum conſiliis, tum armis, præſtitêre.

Nam

*Libertas opibus potior.*

agant. Rati ſatius eſſe, virtute & paupertate, & fuga libertatem, quàm cùm probro, atque opulentia, patriæ ſervitutem, quo Græciæ conſulerent, urbem deſeruêre. Sic enim ex parte, adverſus utraſque non autem adverſus ambas unà vires, belli diſcrimen ſubeant. Quare & filiis, & uxoribus, & matribus ad Salaminam poſitis, congregarunt, & aliorum ſociorum claſſem. Nec multis poſt diebus, omnis Barbarorum, tum pedes, tum claſſis, adventarat. Quod quis intuens non pertimuerit? Quàm magnum terribiléque periculum, huic civitati, pro Græcorum libertate ſuſceptum eſt, qua verò mente fuerant; vel eos intuentes qui in illis navibus eſſent: præſertim cum & eorum ſalus in ambiguo, & periculum foret in limine, aut qui pro neceſſitudine, proque præmiis apud Salaminios poſita fuiſſent, navalem pugnam dimicaturi eſſent.

XII. Tanta verò hoſtium multitudine circumdabantur undique, ut inter præſentia mala minimum ſibi foret, mortem ſuam ante ſe videre. Maximam verò miſeriam à victoribus Barbaris ſuperatos

*Egregia Hypotypoſis pugnæ navalis.*

paſſuros credebant. Ubi propter inſtantem difficultatem, & ſæpenumero invicem complexati ſunt, & merito ſeſe deplorarunt.

Videbant enim & naves ſuas admodum paucas, & hoſtium claſſem permagnam eſſe. Sciebant & urbis ſolitudinem factam, & agrum prædæ datum, Barbaríſque refertum: templa exuſta, omnes in extremis poſitos calamitatibus. Audiebant in eodem Græcum Barbaricúmque Pæanem commiſceri. Utrinque autem ingruebat, & pereuntium clamor, & mare cadaveribus plenum, cùm permulta fierent, & amicorum, & hoſtium naufragia, cùm multum temporis mutuo inter ſe claſſes concertarent. Cùm viderentur quandoque ſuperiores & ſalvi facti, interdum verò & ſuperati & perditi. Ubi ob inſtantem formidinem, multa vidiſſe exiſtimabant quæ non videbant, ac multa audire quæ minimè audierant. Quæ autem deorum ſupplicationes factæ non ſunt, aut ſacrificiorum recordationes, & filiorum commiſeratio, uxorum deſiderium, patrum matrúmque lamentatio? Conſideratio autem omnis, ſi minus proſperè ſucceſſiſſet, futurorum malorum fuerat. Quis autem deorum ob periculi magnitudinem, non eorum miſertus eſſet, aut quis hominum minus collachrymaſſet, aut quis denique eorum audentia dedelectatus non eſſet? XIII. Longe profectò cæteris hominibus virtute majores illi noſtri, tum conſiliis, tum armis, præſtitêre.

Nam & urbem reliquendo, & naves inſcendendo, & ſeſe paucos adverſus tantas Aſiæ copias morituros opponendo, navalis prælii victoria potiti, cunctis mortalibus oſtenderunt, longè præſtitiſſe, cùm paucis pro libertate tuendâ dimicare, quàm cum multis ſervitute preſſis pro patria ſervitutem agere.

*Quænam Athenienſes, præ cæteris Græcis, in hoc bello præſtiterint.*

Plurima verò illi facinora atque pulcherrima pro Græciæ libertate contulerunt. Et ducem quidem Themiſtoclem illum qui oratione, & conſilio rebúſque gerendis, nemini omnium cederet, qui naves plures quàm reliqui omnes ſocii, viros prætereà experimento ſingulari duceret tametſi aliorum Græcorum nonnulli ſeſe his & conſilio & multitudine comparandos voluerint. Quapropter non injuria præmia navalis pugnæ, ab ipſa Græciâ haud immeritò ſuſcepêre. Pulchrè verò & ipſam fortunam periculis congruentem adepti ſunt: propriam autem atque ingenitam virtutem ſuam, Aſiaticis Barbaris oſtenderunt. Cum tales igitur ſe Athenienſes in bello navali præſtitiſſent, ac periculorum longè plurimum ipſi pertuliſſent, privata virtute, publicam ſunt & reliquæ Græciæ libertatem aſſecuti.

XIV. Poſtero verò tempore, cum Peloponenſes muro Iſthmum cingerent, ſuáque ſalute contenti eſſent, putarent autem maritimo ſe diſcrimine liberatos, ac reliquos Græcos in Barbarorum ſervitutem deventuros arbitrarentur, atque contemnerent, irati Athenienſes illis, conſuluêre, ſi ita ſint animati, omnem potiùs Peloponeſum muro circundent. Nam ſi à Græcis hi proditi cùm Barbaris futuri ſint, neque illis mille navibus opus erit, neque his proderit Iſthmi murus: quippe quod maris principatum rex ſit vel ſine diſcrimine habiturus. Edocti verò Lacedæmonii putantéſque nec juſtè facere, nec rectè conſulere, Athenienſes autem, & jure facere, & eos monere quàm optimè, ad Platæas auxilium tulêre. Noctu verò, cùm ſociorum plurimi, ob hoſtium multitudinem, ſe ex ordinibus ſubduxiſſent, Lacedæmonii quidem & Tegeatæ in fugam Barbaros vertêre. Athenienſes autem atque Platæenſes, Græcos omnes qui de libertate deſperarent, ſervitutémque paterentur, pugnando vicêre. Illo itaque die pulcherrimum exitum ſuperioribus periculis apponentes, firmam quidem Europæ libertatem præſtiterunt, & omnibus in periculis declarantes virtutem ſuam, & ſoli & ſociati, & pedeſtri navalique certamine, & in Barbaros & in Græcos, ab omnibus digni habiti ſunt, tum à ſociis, tum ab hoſtibus XV.

qui

*Bellum inter Græcos inteſtinum.*

qui Græciæ præeſſent. Poſtea verò tempeſtate Græcanico bello ob præteritarum æmulationem, geſtarumque rerum invidiam, & ipſo conſtituto, cùm magni ſe omnes facerent, ac parva ſinguli crimina deprecarentur, Athenienſibus adverſus Æginetas & eorum ſocios prælio navali belligerantibus, ſeptuaginta eorum cepêre naveis.

*De bello Æginetico, deque claſſe Athenienſium in Ægypto.*

Eodem verò tempore cùm Athenienſes Ægyptum, Æginámque bello premerent, juventúſque navibus ac terreſtri expeditione abeſſet, Corinthii, Corinthiorúmque ſocii rati, aut huic urbi ſolitudinem inducere, aut ex Æginâ exercitum educere, egreſſi ad unum omnes Geraniam Megaridis montem occuparunt, Athenienſes autem, neque abſentes, neque propè exiſtentes, ulla ex parte ad ſe advocare voluêre, ſed ſuis animis ſiſi, & invadentes hoſtes aſpernati, ſeniores cùm ea quæ domi eſſent pube, ſoli pugnam inire maluerunt. Hi quidem experimento, adoleſcentes verò ingenio, virtutem nacti. Quare cùm ſeniores pluribus in locis probè, ac fortiter rem geſſiſſent, hi verò illos imitarentur: illis quidem naviter imperantibus, his autem dicto obtemperantibus, Myronida duce ad Megaricam obviam facti, omnium illorum vires pugnando ſuperarunt. Itaque majores noſtri manu partim defectâ viribus, partim nec dùm ſatis roboris habente, in eos etiam qui ſuum in ſolum impetum facere putaviſſent, in alienum occurrentes, trophæum pulcherrimi quidem ſibi, turpiſſimi verò hoſtibus facinoris ſtatuêre. Qui quidem alteri expertes jam virium, alteri nondum validi, utrique autem corporum imbecillitatem animorum præſtantia ſuperantes, pulcherrimâ inſignes gloriâ, in urbem redierunt. Et hi quidem rurſus diſciplinâ exornabantur, illi verò de reliquis negotiis conſultabant.

XVI. Quæ igitur à multis ſunt perpetrata, ſingula quæque ab uno enarrari, & quæ in omne tempus geſta ſint die uno exponi difficile certè plurimum. Quod enim tempus, quæ oratio, qui rhetores, horum qui hoc loci fortiſſimi viri poſiti ſunt, præſtantiam in medium afferre ſatis queat? Hi namque plurimis laboribus, manifeſtiſſimis certaminibus, pulcherrimiſque periculis libertate Græciam donavêre, ſuámque patriam maximam reddidêre. Nam etiam annos ſeptuaginta maris imperium tenuerunt: quietos ac pacatos ſocios præſtiterunt. Neque paucos pluribus dominari dignum exiſtimarunt, ſed ut æquè omnes inter ſe viverent coëgere, neque imbecilles ſocios effecere:

quin & illos robore firmaverunt. Eas autem ſuas vires demonſtrarunt, ut & magnus ipſe rex, ne non ſolum aliena amplius non appeteret, ſed & de ſuis etiam daret, atque in poſterum pertimeſceret : neque triremes, id temporis ex Aſia ſolverent. Neque tyrannus inter Græcos emerſit, neque Græca urbs aliqua à Barbaris in captivitatem acta eſt : tantam ſui & obſervantiam, & metum horum divina virtus cunctis hominibus præbuit. Quapropter hi certè ſunt quos ſolos tum Græcorum duces eſſe, tum urbium principes convenit.

*Regem Perſarum intelligit.*

XVII.

*Poſt hanc pugnam Athenis 30 Tyranni conſtituebantur.*

Non autem in ſecundis rebus ſolum verum & in diverſis majores noſtri ſuam probitatem oſtendêre. Nam cum in Helleſponto naves periiſſent, ſive ducis id vitio, ſive deorum voluntate acciderit, cumque calamitate non ipſi nos modo, verum & reliqui omnes Græci miſerè perculſi eſſent, declaarrunt non multi poſt temporis curriculo, hujus reipublicæ vires, ſalutem Græciæ extitiſſe. Nam cùm imperium apud Alos foret, qui Barbari antea in mare egreſſi eſſent, hi Græcos navali pugna ſuperarunt, in Europámque navigarunt. Serviunt Græcorum urbes, inſurgunt tyranni partim poſt noſtram calamitatem, partim poſt Barbarorum victoriam.

Quam ob rem, cum par Græciæ fuerat ſuper hoc funere, & deplorare, & lugere hoſce qui hic ſepulti jacent, nimirum quod eorum libertas cum horum virtute ſepulta ſit. O infelicem Græciam, quæ talibus viris orbata fuerit: fortunatum verò Aſiæ regem, qui aliis adverſus ſe ducibus uſus ſit. Nam his orbatam ſevitus Græciam circumſepſit, & aliis certè imperatoribus majorum noſtrorum, conſilii deſiderium magis magíſque indies, & renovatur & creſcit. Verum hoc pro omni Græcia deplorare perpulſus ſum. XVIII. Illorum autem virorum dignum fuerat & privatim & publicè meminiſſe, qui ſervitutem fugientes, & pro jure pugnantes, proque damnatu populari inſurgentes, cunctis ſibi hoſtibus factis, in Piræum deſcendêre. Neque id quidem coacti legibus, ſed natura inducti publicis periculis veterem progenitorum virtutem imitati communem & reliquis hanc urbem vendicarunt. Mortis cum libertate magis quàm vitæ cum ſervitute opinionem habuere, non minus pudoris ſuſceperunt ex cladibus, quàm inimicis ſuccenſuere: inter ſuos mori quàm aliena incolentes vivere

*Bellum quod adverſus 30 Tyrannos: geſtum eſt Duce Thraſybulo.*

vivere maluerunt. Sicque jusjurandum atque fœdera pro ſociis habentes, hoſtes autem nacti eos qui itidem antea extitiſſent ac cives ſuos, nullo tamen terrore ex adverſa multitudine partiti, quin ſuis corporibus diſcrimen adorſi, trophæum de hoſtibus poſuerunt, ſuæ autem virtutis majores noſtri teſtimonium præbent Lacedæmoniorum quæ hujus monumenti in proximo ſunt ſepulchra. Enimverò magnam potentémque pro parva & imbecilla, urbem rediddерunt, concordem ex ſeditioſa oſtenderunt: muros prò ruinis erexerunt. Ipſorum autem nepotes conſilia horum, qui hoc loci conditi ſunt, rebus ſimilia oſtendentes, non in hoſtium ſupplicia, ſed in reipublicæ ſalutem converſi ſunt. Qui cum neque detrimento affici poſſent, & ſuo ipſi contenti eſſent, ſuæ quidem libertatis eos qui ſervire vellent participes fecere, illorum verò ipſi ſervitutis ſe participes fieri, haud dignum arbitrati ſunt. Maximis autem præclaríſque facinoribus demonſtrarunt, neque ſuo vitio, neque hoſtium virtute, urbem antea cladem pertuliſſe. Nam ſi inter ſe vi diſſidentes præſentibus Peloponenſibus aliiſque hoſtibus eorum agrum invadere potuerunt, perſpicuum profecto eſt, ut facile his concordes repugnaſſent. Illos itaque ob Piræi diſcrimina omnes admirantur. Dignum eſt autem, ut & peregrinos hic poſitos laudibus proſequamur, qui ſua multitudine auxilium afferentes, proque ſalute noſtra fortiter dimicantes & patriæ loco virtutem rati, talem vivendi exitum præſtitêre. Harum autem rerum gratia, eos civitas, & luctu, & publica ſepultura proſecuta eſt. Et his honoribus in omne tempus ornari voluit, quibus & cives ipſi ornarentur.

Hi verò quorum nunc funus agitur, in Corinthiorum auxilium, qui à veteribus amicis injuria premerentur, publici ſocii, non eam, qua Lacedæmonii fuerant, mentem præ ſe tulere. Illi etenim bonis illorum invidebant: hi verò eorum quoniam injuſte parentur miſerebantur. Neque hi quidem priorum inimicitiarum memores, ſed præſentem amicitiam plurimi pendentes, virtutem ſuam cunctis mortalibus oſtenderunt. Auſi enim ſunt, quo Græciæ magnitudini conſulerent, non ſolum pro ſua ſalute dimicare, quinimo, & pro hoſtium libertate interire. Nam Lacedæmoniorum ſociis adjuncti, pro illorum libertate decertarunt. Illos etenim ſi viciſſent paribus ſecum muneribus dignabantur. Sin autem victi eſſent, ſervitutem Peloponenſibus certè relinquebant. Illis igitur ita affectis, miſerabilis quidem vita, mors autem fuerat ad-

modum

XX. modum ex optanda. Hi verò, & vivi, & mortui admiratione digni ſunt, quippe qui & in majorum ſuorum probitatem eruditi, & ubi virilem in ætatem evaſiſſent, & eorum tum gloriam attigiſſent, tum ſuam ipſi virtutem declaraſſent, plurimarum pulcherrimarúmque rerum autores patriæ extiterunt. Et quæ aliorum erratis calamitates accidiſſent, ſua virtute emendarunt, & procul à patrio ſolo bellum averterunt. Eam autem mortem obiêre, quæ probis viris ac fortibus digna judicetur. Alimenta enim patriæ perſolvêre, parentibus verò mœrorem luctúmque reliquerunt. Quas ob res, haud injuria ſuperſtites & hoſce lugeant, & ſe deplorent, & ſuorum in omnem vitam miſereantur.

Quid enim hi voluptatis jam reliquum habent talibus orbati viris, qui omnia virtute minora ducentes, ſe luce privavêre, uxores viduas effecêre, parentibus optatos filios reliquêre, fratribus patribus ac matribus ſolitudinem intulêre? Sed in tanta malorum multitudine, acerbitatéque, iſtorum quidem filios beatos exiſtimo, qui juniores ſunt, quàm ut noſſe per ætatem liceat, quibus parentibus ſunt orbati. Eorum autem è quibus iſti ſunt geniti, miſeret me plurimum, quod ſeniores ſint, quàm ut ſuæ calamitatis oblivíſci liviſci poſſint. Quid enim aut luctuoſius aut triſtius quam filios parere, educare, ſepelire? In ſenectute verò corpore quidem imbecillos, & omni deſolatos ſpe, ſine amicis, ſine opibus degere: & quibus ante admirationi haberentur commiſerationi nunc eſſe: mortis denique deſiderium vitæ acerbæ anteponere. Nam quo hi viri meliores fuerant, eo ſuperſtitibus graviorem luctum reliquerunt. Quo autem pacto hi luctu ac mœrore vacent, in civitatíſne cladibus? At opus tunc eſt ut eorum alii quoque meminerint. An in publicis fortunæ bonis? At hoc ipſo vehementius dolendum eſt, quod & natos ſuos diem objiſſe, & ſuperſtites vitutis illorum præmiis frui videant, intueanturque ſuis in periculis eos quibus antea familiariſſime uterentur, ſuam fugere orbitatem: in inimicos autem in horum miſeriis longè exultare. Hanc ſolam, mea ſententia, his qui hic conditi ſunt gratiam retulerimus, ſi quidem ipſorum parentes æque atque illi conſueverant, plurimi fecerimus, filios verò non ſecus ac ipſi patres delexerimus: uxoribus autem tales nos ipſos Auditores præbuerimus, quales illi cum luce fruerentur extiterant. Quos enim ex his quos hic ſepultos intuemur, cumulatiore honore rectè proſequamur: quos autem

XXI.

ex ſuperſtitibus juſtius permulti faciamus, quàm horum neceſſarios, quibus horum virtute juxta, atque aliis frui licuit? XXII. *Epilogus.* Ex morte autem ſoli miſeriæ ſunt planè participes. Verum tamen, haud ſcio quid luctu ejulationéque opus ſit. Non enim ignoramus nos ipſos mortales eſſe. Quomobrem quid oportet quæ futura expectemus, his angi hoc tempore, aut uſqueadeo ferre graviter naturæ calamitates: præſertim cum nec nos lateat, & malis mortem, & bonis communem eſſe. Nam neque ignavos deſpicit, neque ſuperbos ſuſcipit, ſed parem ſe cunctis præſtat. Nam ſi quidem fieri potuiſſet, ut hi qui belli diſcrimina effugiſſent, reliquum tempus æterni forent, dignum profecto eſſet, ut vivi interemptos in omnem vitam lugerent: nunc autem, & natura ipſa, tum morbis, tum ſenectuti obnoxia eſt. Et genius qui noſtrum fatum ſortitus eſt evitari nullo quidem pacto poteſt. Decet igitur quàm feliciſſimos hoſce arbitremur, qui proximis pulcherrimíſque facinoribus dimicantes, itaque diem obeuntes, neque de ſe fortunæ decernendum permisêre, neque maturam mortem expectarunt: quin præclaram potius elegerunt. Et enim ipſorum memoriam nulla unquam delebit oblivio. Honores autem hujuſmodi ſunt, ut apud omnes homines ſint quàm commendatiſſimi, mortales autem celebrabuntur, perinde atque virtute immortales. Nam & publicè humari meruêre. Et in ipſorum laudes virium ſapientiæ opúmque certamina conſtituta ſunt. Quaſi hi qui in bello perierint, iiſdem ſint honoribus honeſtandi, quibus immortales deos proſequimur. Ego itaque iſtos beatos eſſe duco quod hujuſmodi letum obiêre, & admiror admodum vehementer, hiſque mortalium ſociis optime conſultum cenſeo, qui cum eſſent mortales corpoporibus, immortalem virtute memoriam reliquere. Veruntamen priſcos ritus ſervemus, ac pro patriis legibus ſepultos deploremus neceſſe eſt.

LYSIÆ *Orationis Funebris*

*FINIS.*

UNIVERSITY
LIBRARY
CAMBRIDGE

[illegible] ut quod omnes homines ille-
[illegible] sumus, ita etiam imperatoribus ce-
[illegible] [illegible] est [illegible]
[illegible] & publice [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] confusa [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] quod [illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] qui [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

# ERRATA.

MEN. p.3. l.25. ſcr. ὁ λόγος. p.23. l.14. ſcr. ναυμαχίαις. p. 25. l.20. ſcr. θυσίαις. p.26.l.13. ſcr. οἶδαν. p. 28. l. 2. ſcr. ἐθελόντας. p. 38. l. 7. ſcr. ἔχεις.

LYS. p. 6. l. 10. ſcr. μαχόμενοι. p. 21. l.2. ſcr. φθόνον. p.26. l.28. ſcr. ἔθαψε. p.30. l.1. ſcr, οἶδ᾽.

LAT. p.38. l.24. ſcr. juſtitiam. p. 39. l.29. ſcr. facilè. *ibid.* ſcr. ſuperarint.